



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

* DCCCX

LV.

† Otgarius
Archiepisc.Mog. deci-
mas in cas-
sum exigit.

* DCCCL.

† Ludovic9

Erfurti
comitia ce-
lebrat.† Erfordia
Francis
subiecta.

* DCCCCIX

* DCCCX
IX.

V.

* DCCCX
XXVI.

inque Sacello Cœnobii S. Pauli condidit, quod postea abolito priori nomine Severianum appellatum est. * Idem Otgarius

† cum Thuringiam & Hassiam, quoad Sa-
cra pedo ~~se~~ subjectam haberet, (a) debitas
aræ decimas primus exegit. Opposuit se

Buno Hirsfeldensis Abbas, atque interve-
niente Ludovico Rege lis dilata est, quam
Successores frequentius, sed infeliciter re-

assumpserunt. Idem Ludovicus * (b) † gen-
tis concilium Erfordiae coëgit, in quo Ma-
gistratibus leges, & Causidicis litigandi

modum præscripsit, neve qui iustitiam tue-
ri debebant, ipsimet polluerent, prudenter
cavit. Francos † quamdiu fortunam suis

in obsequiis habuerunt, nostra etiam Civi-
tas suspexit. Ii Thuringis Præfectos de-
dêre, qui regerent, Ducum & Comitum

nomine. Comites iudiciis præsidebant,
Duces ad bella missi. * Ultimus horum Bur-
chardus ab Hungaris cæsus interiit. Ast

cum Francica potestas Gallicis levitatibus
mollis in Germania vilesceret, ipsa Herbi-
polis cum opulento Ducatu ad Episcopum

effet translata, demum hæc etiam Thuringia
* cum Imperii Romani maiestate ad
Saxones (c) devoluta est.

* Cumque Summa rei ad Ottonem pri-
mum eumque Magnum devolveretur, is
ex Editha (d) filia Regis Anglorum filium
habuit

(a) MS. Petrense Chronicon.

(b) Annales Fuldenses.

(c) Cranzius lib. 4. cap. 16.

(d) Rhegino & alii, quos vid. apud Serar. in vit. *Wilhelmi*

habuit Guilhelmum, † hujus virtutes virilem ætatem, hinc & infula prævenit, * quippe vix annos viginti excesserat, & votis Cleri, populique consensu Archi-Episcopus Moguntiaë proclamatus est. Lætus hac electione Pater, captus etiam filii dotibus plusquam humanis, liberali donatione (a) † Hassiam, ac Thuringiam, & in ea hanc Metropolim Sedi Moguntinaë subdidit. * Igitur Cæsareâ donatione, & jure quæsitâ provincia in leges Moguntinas transit, applaudentibus subditis, qui certatim obsequia offerentes magni duxerunt imperium ab Archi-Præsule expectare, utque tesseram felicissimæ subjectionis manifestius exprimerent, insignia publica ex Archi-Episcopalibus ornamentis sunt mutuati: Aliud enim oppidum infulam, aliud pedum assumpsit. Nostram Erfordiam adoptavit Moguntia, igitur Filiaë Matris Signa debebantur, cui paulò post suæ fortunæ Rotam concessit cum Epigraphe: ERFORDIA FIDELIS FILIA MOGUNTINÆ SEDIS. * (b) Ingressus † provinciam ipse Wilhelmus, Vice-Dominos seu Vicarios constituit cum ampla potestate, disposuit etiam hinc inde loco præsidii nobiles milites, qui hostilem impetum repellerent; In civitatibus

B loca-

* DCCCCL
IV.

*Wilhelmus
Cæsaris fili-
us fit Archi-
Episc. Mog.*

*Pater eï
Hassiam &
Thuring.
donat.*

* DCCCC
LX.

* DCCCCL
XI.

*Ingreditur
Provinciana
& regimen
ordinat.*

(a) Paulus Langius in *Chronico Citzensi*. Fabricius *Orig. Sax. lib. 3.* Anonymus *de Landgraviis Thuring. cap. 10.* Chytræus *Chron. Sext. Dresserus.*

(b) *Histor. de Landgr. Thuring. & Fabricius d.l. Mscript.* etiam varia.

locatis, jura civium & Magistratús concessa, dictique Patricii, alii, qui rus defenfabant, Landsassii, ab utrisque hodierna Thuringiæ nobilitas originem ducit; Is Wilhelmus multas continentes in stipendiis concessit, è quibus fructus sub fidelitatis religione perciperent. Utile inventum quod neglectas coloniarum missiones supplere possit. Nec profanis solum, sed & sacris solerter hinc provisum. Wilhelmus ejusque successores plurima hinc inde templa extruxerunt. Præsertim Magnus ille Willegifus, * qui post medium sæculi decimi Moguntia sedet. Hic multas Aedes sacras erexit, collegiatam etiam Ecclesiam † in majori Dorla liberaliter fundavit, (a) post quatuor, & quod excurrit sæcula Salzam translata. Primus † hic Elector S. Romani Imperii nominatus. Debebat non solum virtutibus ejus hic honos, sed & potentia, quæ à Rheno ad Salam usque se extenderat. Ejusdem Turingici milites in dissidiis inter Ottonem III. & Henricum Bavarum ad Domini jussu Ottoni militarunt. * (b) Monasterium † Hasungen in Hassia, quod S. Heimeradum nobis dedit, hac

* DCCCCXXVII.

Willegifus collegiat. ecclesiam in majori Dorla extruit. Primus Elector.

* MXX. Monaster. Hasungen in Hassia fundatum.

(a) Serarius.

(b) Mscriptum Chronicon Petrense hoc anno. Hunc autem Archiepiscopum non Arbonem, nec simili quæ Serarius refert nomine, sed Erponem appellatum fuisse, nummus ab eo cusus, & ut infra ad annum 1625. dicitur, sub dirutis mœnibus inventus, demonstrat. Nummi, quem penes me habeo, imaginem refero.



P. 18.

VI.

Ludovicus
Barbatus
venit in
Thuringia.

* MCCCXV.

Eum Vice-
dominum
suum Bardo
constituit.

Eum bonis
ditat.

7. & MS.
Spangen-
is.

* DCCCCL

XXVII.

Willegisus
collegiat.ec-
clesiam in
majori Dor-
la extruit.

Primus E-
lector.

* MXX.

Monaster.
Hasungen
in Hasia
fundatum.

(a) Serarius

(b) Mscript

tem Archie-
fert nomine

& ut infra

ius, demon-

refero.

1111111111

hac ætate ab Erpone Archiepiscopo Moguntino fundatum est.

Duraverunt hæ Moguntinæ vires ad Bardonem Archiepiscopum annis plus septuaginta. (a) Imperatrix † Geisela Conradi secundi uxor duos habebat consanguineos, Hugonem & Ludovicum fratres, qui avos ex Franciæ Regum stirpe numerabant. Hugo Archiepiscopi, Ludovicus Cæsaris aulam sequebatur, ejusque gratiâ felicior. * Cæsar ad imperium uxoris apud Moguntinum pro eo rogat, vellet Ludovicum bonis quibusdam in Thuringia concessis clientem suscipere, suæque provinciæ administrationem credere, pro Cæsari collatis habenda, quæ Ludovico fierent. Vidit Præsul quàm periculosum esset tantarum amicitiarum ministrum, & quem recens memoria majestatis avorum regnare, non servire docuit, provinciæ huic novæ præficere, sed potentior erat intercessio, quam ut declinari posse videretur. † Annuigitur Bardo Cæsari, magnisque potentem amicitias Ludovicum (b) in Thuringiam cum potestate mittit, cui Vicedominatum ad vitam, † insuper ingentem tractum à sylva Thuringica, & fontibus Hörfelæ, usque dum Werram subit, clientelarem donat, pessimâ verecundiâ negare non ausus, quod majus damnum peperit, quàm

B 2

indi-

VI.

Ludovicus
Barbatus
venit in
Thuringiã.

* MXXXV.

Eum Vice-
dominum
suum Bardo
constituit.

Eum bonis
ditat.

(a) Anonymus de Landgraviis Thuring. c. 10. & seq. & MS. Chronicon Petrense pag. 647. Rivander, Spangenberg, & alii. (b) Citati Scriptores d. locis.